Virginis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Septimo.

Bilinski Kuzmic Klitynskiemu Obligat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Praemislien Nobilis Petrus Bilinski Kuzmic Sanus mente et Corpore exnunc a Terris Dictibus Juribus Jurisdomibusque suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitan Praemislien Jurisdicti quoad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse bona sua infrascripta propria nempe fundum Certum alias Juhtyne nuncupatum Mogorany w granicy Krasnanskiey Krolenskiey od Smozy Item w miedzy wtorze Mogorany pultory iuhtyny cum aedificio et horto ad praedictum fundum iuhtyna pertinens Deinde zablotem seu woda smozq alias bagnem Zagrodq prout in se ab antiquo extat in Terra praesenti. Villa Vero Mokrate w niznym Koncu we wsi Nowey Consistentem cum omni Comissionum Jure dominio proprietate ac titulo obligatorio cumque omnibus et singulis eorundem bonorum Vtilitatibus fructibus

2
1772

proventibus redditibus commodis et emolumentis quibus-
vis agris pratis campis pascuis sylvis borris gays nemori-
bus indaginibus rubetis virgultis fluviis flumi-
nibus torrentibus lacubus paludibus stagnis magnis et
parvis piscinis piscinulis molendinis et tabernis hor-
tis pomariis holoclys structuris et aedificiis quibusvis
subditis cmethonibus kortelanis inquilinis eorumque labo-
ribus censibus dationibus decimis muris ac offiis qui-
buscunque attinentiis et pertinentiis in universum omnibus
nihil ex praemissis juris dominii proprietatis ac cuius-
vis competentis et rogatus pro se Recognoscente
suisque successoribus aut alio quopiam reservando et
excipiendo verum ita late longe circumferentialiterque
prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et li-
mitibus antiquitus continet et extenditur et prout
bonorum eorundem circumferentia distincta est
eademque bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit et
possidebat teneque habere et possidere debebat jam
ex nunc et de facto Nli Iwan Klityński Popowic eiusque
posteris in summa ducentorum florenorum polonicorum realiter per
se Recognoscentem ab eodem Nli Klityński levata et perce-
pta hinc et ab actu praesenti ad festum Conversionis Sancti
Pauli Apostoli proxime post ventura, et in defectu pro-
tunc bonorum praefatorum exemptionis ex summa praefata
totius et integrae persolutionis ex tunc de anno ad annum
pro simili festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli
sese determinantibus festis et annis sese immediate sequentibus
usque ad plenariam et sufficientem summae praefatae exsolutionem
realemque et effectivam bonorum eorundem exemptionem

obligant

obligavit inscripsit et invadiavit prout praesentibus
obligat inscribit et invadiat Jure obligatorio. In quorum
quidem bona praesentibus obligata et invadiata iam exnunc
et de facto idem Recognoscens mrato obligatario suo et
eius successoribus coram Officio praesenti dat et admittit rea-
lem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem
per ministerialem quemcunque Competentem et Nobiles duos
quacunque die voluerint officiose acceptans. Per ipsum
Lidem obligatarium suum et eius posteros bona eadem
praesentibus obligata cum universis eorum Utilitatibus et emo-
lumentis Competentiis et praerogativa quavis tenendi
habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifru-
endi ad ususque suos et suorum successorum quovis benepla-
citos usufructus libere et effectualiter convertendi
Debetque et tenebitur mratus Recognoscens prout se et suos
successores in et super bonis suis generaliter omnibus
ac summis pecuniarys quibusvis habitis et habendis
mrato obligatario suo et eius successoribus inscribit
et obligat praesentibus ipsum et eius successores in dictis
bonis praesentibus obligatis et ratione eorundem omnium
ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque
personarum Cuiuscunque Conditionis Status et sexus homi-
nis existentium exorienda in omni Judicio et Officio Regni
toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere
intercedere et eliberare indemnemque cum Posteris
reddere Nec non bona praefata praesentibus obligata et in-
vadiata ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus
prioribus et posterioribus super eadem bona praesentibus
obligata modo quovis cuilibet personarum factis et fiendis

rum

4 tum etiam a quibusvis Citationibus in eadem bona Praesentibus
obligata modo quovis importatis et importandis Ruinis
denique et perveniendis Processibusque Juris quibusvis in quo
474 cunque puncto et gradu Juris dependentibus in quovis Ju-
dicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super eisdem
bonis Praesentibus obligatis modo quovis perductis et per-
ducendis ab omnibusque generaliter impedimentis emun-
dare et eliberare mundaque et libera semper facere
ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praesenti
admissam in fundo bonorum praefatorum Praesentibus obligatorum
dum per Ministeriales et Nobiles officio Praesenti requiretur
non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere
dare et effectualiter admittere dataque et admissa easdem
possessionem et usumfructum Inscriptionum omnium non impe-
dire nec adimere ipseque Obligatarium suum et eius suc-
cessores in dictis bonis Praesentibus obligatis nullo modo
tam per se quam per suas quasvis submissas et subor-
dinatas personas tam in toto quam in parte non iniuri-
are ita ut idem Obligatarius suus cum suis posteris bona
eadem Praesentibus obligata et inuadiata tenere habere
et possidere illisque quiete et pacifice uti frui queat
et possit Inscriptionis praesentis obligatoriae rigore.
Idque sub vadio similis summae ducentorum florenorum polonicalium
per eundem Recognoscentem suis eius successores modo
Obligatario suo vel eius successoribus ob non comple-
tionem Inscriptionum omnium et singulorum toties quoties
opus fuerit ad solvendum succumbendi pro quo quidem
Vadio modo praemisso ad solvendum succumbit ac re

abqua

aliqua principali ex praemissis non Completa complenda 5

Citatus expresse mediatus Recognoscens Nobilis Petro Bilinski 475

Suie eius Successores ad instantiam suprascripti Nobilis

Ivan Klitynski Obligatarij sui Suie Illius Successorum

ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Exhinc

recessu superatto quoad respondendum spectat mediante

semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio

stare Jncomparere respondere Vadium citatum tueri

Jnscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati

debebit et tenebitur Seque ac suos Successores ad eaque

omnia inscribit et obligat praesentibus Illum terminum

primum peremptorium et alios omnes exinde conse-

quentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios Vera Jnfirmitate Pro Maiori Minorennitate

Successorum Legatione intra vel extra Regnum Ser-

uitio Militari ad Munimenta ad Evictorem vel

alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimen-

tis non differendo Ad quietationem praeterea ultra

proximos Officij praesentis Castrensis Premisliensis Terminos

Dilationem sibi non recipiendo Nullasque motiones

Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac

praemissa omnia poenis Simplicibus vel Jnplicatis

Evasionibus Suspensionibus Fatalijs Juris Praescripti-

one Terrestri Bello Conuentione ac alijs quibusuis

Juris remedijs et defensis non subterfugiendo

nec alio quouis modo euadendo Hac sua prae-

senti personali Recognitione ad praemissa

omnia mediante.